<Tholomeus von Lucca>

**Incipit[a] tractatus de iurisdictione ecclesie super regnum Apulie et Sicilie, in quo ostenditur quadruplici titulo ad ipsam solam Romanam[b] ecclesiam pertinere, et primo ponitur**

Primus titulus

Questio movetur ab aliquibus, quo titulo ab ecclesia regnum Sicilie et Apulie possidetur, ita quod imperator nullum ius habet ibidem. Super qua quidem questione clare responderi non potest, nisi primo habita notitia historiarum et aliquorum iurium, que de hac materia faciunt mentionem preter acta et gesta, que in archivis[c] sive registro ecclesie reperiri deberent.

Primo namque antique historie referunt[d], ut[e] Titus Livius et Orosius scribunt, quod insula Sicilie manualis[f] Romani imperii fuit, pro qua precipue tota pugna scribitur fuisse inter Romanos et Carthaginenses, unde et Carthago ultimo fuit destructa[1]. Secund<o>[g] vero *Campania, que hodie Terra laboris vocatur*[2], ubi est Capua et Neapolis, item Apulia manuales fuerunt, pro quibus terris tamen[h] manualibus longa fuit concertatio[i] inter Annibalem et Romanos, ut dicte historie referunt. Constantinus ergo quando contulit imperium beato Silvestro sive imperio cessit[j], sic contulit sive cessit, ut ipse imperator habebat[3],

a) *fehlt P.* b) *fehlt* $V_1$. c) archis $V_2$. d) referat $V_3$ referant *R.* e) unde *P.* f) manuale $V_2$. g) secunda *P* $V_1$ $V_2$ $V_3$ *R L.* h) tam $V_1$ $V_2$ $V_3$ *R L.* i) contentio *R.* j) *erg.:* ut $V_2$.

1) *Die Bücher von Livius' Werk Ab urbe condita, die den 1. Punischen Krieg und die Eroberung Karthagos im 3. Punischen Krieg behandeln, sind nicht erhalten. Tholomeus zitiert also aus zweiter Hand. Orosii Historiarum adversum paganos libri VII, hg. von Karl* ZANGENMEISTER *(CSEL 5, 1882) IV 9 13-11 3 (1. Punischer Krieg auf Sizilien) und IV 23 1-7 (Eroberung Karthagos).*

2) *Vgl. Tholomeus von Lucca, Historia ecclesiastica nova nebst Fortsetzungen bis 1329, hg. von Ottavio* CLAVUOT *nach Vorarbeiten von Ludwig* SCHMUGGE *(MGH SS 39, 2009), XVIII 43, S. 435 Z. 26f., wo Tholomeus auch auf eine ausführlichere Beschreibung Unteritaliens im 2. Buch seiner verschollenen Historia tripartita verweist.*

3) *Vgl. Die Annalen des Tholomeus von Lucca in doppelter Fassung nebst Teilen der Gesta Florentinorum und der Gesta Lucanorum, hg. von Bernhard* SCHMEIDLER *(MGH SS rer. Germ. N. S. 8, 1930) S. 10 Z. 13-16, wo Tholomeus ohne Quellenangabe Sizilien und Apulien als* terra manualis *anspricht, die von Konstantin und Karl dem Großen der Kirche übergeben worden sei.* Apuliam et Siciliam … dicta terra